

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| &  
Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||**

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia  
confecti

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœnum, 1592**

Interpretis annotationes in Antonium

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-360)

ipius culpa, sed dissimili modo. Demetrius enim à Macedonibus desertus est, Antonius pro se pugnantes deseruit. vt culpandus ille sit, qui suos sibi milites ita infestos fecerit: hic, quod suos ita ipsis fidos & benevolos destituerit. Mortem laudare neutrius possumus. Magis tamen *Mors.* reprehendens Demetrius, qui captiuos fieri sustinuerit, inque custodia habitus triennium lucrari, quod vino & gulæ, belluæ instar, mancipatus exigeret. Antonius trepidè quidem, & miserabiliter, & indecoè, attamen prius, quam corpore ipsius hostis potiretur, sese vitæ subduxit.

## INTERPRETIS ANNOTATIONES, in Antonium.

### 1 Antonius cognomento Creticus.]

**I**N Græco est Criticus ( vt Aretinus reliquit: & Amiatius explicauit iudicariū) κριτικός: sed mendosè pro κριτικός. Critici cognomen ego tribui huic posse non puto: Creticum vocari à bello contra Cretenses gesto arbitror, argumento eorum quæ apud Florum 3.7. in Epitoma Liuiana XC VII. & alibi leguntur.

2 Nempe sexagies festeriūm. ] πεντήκοντα καὶ διακοσίων ταλάντων. C CL. talentorum. Cicero Philippica secunda hanc rem ita describit: Recordare tempus illud, cum patr Curio mœstus iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternens lacrymans te mihi commendabat: orabat, vt te contra suum patrem, si H S sexagies peteret, defendarem. tatum enim pro te intercessisse dicebat. &c. Ciceronis verbis in summa hac exprimēda latine malui vti, quam talenta ponere. Idem verò esse C CL taleta & sexagies festeriūm, ostendimus in vita Cie.

3 Cùm eius triremes multis paruis scaphis arciuissent. ] πολλὰ τῶν λ. ακ. τ. τ. ἀπὸ περιστρας. nō περιστρας. Interpres οὐ παλλαγὴ fecit, non enim Antonij tri-

remes fuerūt, sed Libonis. Totum strategema describit ipse Cæsar venustè, lib. 3. belli Civilis.

4 Profundos sinus. ] ἀγχιεθεῖς φάραγγες. Præcepſ & scopulosum littus, interpres. φάραγξ inter alia hau-  
tum seu fissuram terra significat, quæ aquam incidentem s  
absorbeat. Varinus. Voce ἀγχιεθῆς (rectius enim legitur  
hoc modo, quam ἀγχιεθῆς) etiam Homerus vsus est V-  
lyß. u.

ἀγχιεθῆς οὐ δέλασσα, καὶ πτωτος οὐδὲ πόδεσσι  
σύμεναι ἀμφοτέροιστι, καὶ ἐπιφυγέειν κακότητα.

10

Quod exponit Eustathius, littus ubi altum sit mare.

5 Magistrum equitum Romanam mittit \* est au-  
tem, &c. ] De hoc loco quod statuam, non habeo. αὐτόνοι  
δίημαρχον ἐλέμενος εἰς ρώμην ἐπεμένειν, Antonium tri-  
bunum plebis, &c. Et verò quæ de tribunicia potestate 15  
sequuntur, vera per se sunt, & historiæ Romanae non rudi-  
bus cognita. Sed adduci, ut credam Plutarchum hoc loco ab  
omnibus aliis autoribus diffensisse, vix potero. Nihil est enim  
notius, quam Cæsare iterum dictatore, Antonium magi-  
strum equitum (ιταπαρχον, non διημαρχον) ei adiunctum 20  
fuisse. Id ostendit copioſe Dio, & aperte in huius historia lu-  
culenta narratione, lib. 42. contentionem etiam eius cum  
Dolabella persequens styllo. Idem in Philippica secunda Ci-  
ceronis est. Denig, cur Antonium eo tempore Romanam trib.  
pleb. mitteret, ne causam quidem fuisse existimo: nihil enim 25  
istis artibus & tuinultibus tribunicii Cæsari ad id quod vo-  
lebat opus erat, sed iis quæ erant in Antonio maxima, inſo-  
lentia, & quæ conſtituenda ſtabiliendæ, tyrannidi condu-  
ceret, iniuſta & legibus contraria dominatione. qualē tum  
fuisse Antonij magiſtri equitum, ex Dione appetet. Quid er-  
go (inqüies) Plutarchus hec de tribb. plebis potestate hoc  
loco commemorat, si ιταπαρχον, vt tu vis, non διημαρχον, est  
legendum? Dicam. Sufpicor intercidisse aliquot versus post  
hec

- hec verba, *cis p̄p̄ulw ē t̄p̄mūley*. Illis autem versibus descri-  
ptam fuisse ἀναγκαῖαν ipsam & confusionem qua tum Ro-  
ma fuit, cūn Cæsare iterum populi, & Antonio equitū ma-  
gistro creato, neq; consul esset, neq; prætor: vti perspicue est  
5 à Dione nostro explicatum. His deinde malis accessisse tri-  
bunicias illas contentiones & turbas, que velut inqnis ef-  
fent in vlcere. Causam autem redditam obiter à Plutarcho,  
cur tribunis licuerit quicquam moliri dictatore creato, &  
magistro equitum presente: reliquis magistratibus abolitis.  
 10 Cetera interpretari, & de tribb. pl. potestate commentari,  
non est huius opera. Hanc autem medicinam puto adhiberi  
huic Plutarchiano loco posse, atq; b. uud scio an nullā aliam.  
Quod si quis integrum locum esse putat, ipse viderit: modò  
ne in eum finem contendat, vt optimum & minimè impe-  
 15 ritum autorem calumniandi occasionem capet. Sanè in vi-  
ta Ciceronis quoq; χιλιάρχοι legitur, pro δημαρχοι. quam  
cauillandi ansam arripuit Corradus.  
 6 Ille quidem Antonio.] ὁ δὲ ad Sergium mimum re-  
fert. Cicero ad mimam in secunda Philippica. Interpres  
 20 non aduertit.  
 7 D. Brutus Albinus.] In Græco sunt duo insignia men-  
da, αὐθίβοις pro ἀλβίνοις, & ἀδελφοῖς pro ἀδελφῖνοις. De  
quibus apud Dionem monuimus. Albinus recte in Cæsare  
legitur.  
 25 8 Cæsar autem magistratu eos deiecit. ] νέσταρα  
τῆς ἀρχῆς ἀπέσυντο. insigne mendum, & historia contra-  
rium: quod & Aretinus senserat. Legendum est. νέσταρα  
τῆς ἀρχῆς ἀπέσυντο, nempe illos tribb. plebis. Historia est  
apud nostrum in Cæsare, apud Dionem lib. 44. apud Sue-  
 30 tonium, & alios.  
 9 Munatius Plancus. ] Is est L. Munatius Plancus,  
ad quem extant libro decimo Familiarium multæ Ci-  
ceronis epistolæ: et si in plerisque libris vitiose Cn. pro L.  
legitur,

legitur, ut hic φλάκης pro τλάγης. quod & alibi annotatum est.

10 Cetylōnem.] Is est, quem L. Varium Cetylōn Ciceron in Philippicis quinta & octava dictum deprehendimus. Apparet a posteriori cognomentum esse effectum. est enim cetylōna genus mensuræ.

11 Amici infomnio.] Actorij scilicet medici. Dio lib. 47. & Valerius lib. 1. cap. 7. & alij.

12 Illum ad sepulcrum fratris.] Hortensium scilicet. Interpres hoc non tam omisit, quam peruerit. In Graeco mendū est, sed non difficile animaduersu, επιφέρεια pro ἐπέροφαξ. Cur autem Hortensius in culpa cadis C. Antonij fuerit, ex Plutarchi Bruto & Dione patet. De morte eius Hortensius est apud Velleium, & in Epitoma Liviana CXXIIII.

13 Et putida.] σωτήρ. Aretinus, disiecta: quasi σωθῆν λε-  
gisset, quod & Amiotus habet.

14 Pestes istas Italicas.] τὰς ἀπὸ τῆς ιταλίας κύπες. Sic vocat mimos, tibicines, præstigiatores, & alios eius farinæ homines, quib. impensè delectari, deditumq; iam olim fuisse Antonium nemo necit, nūpas autem sicut ὁ Αἰθόρ, & similia Graeci dicunt, ut Latini pestem, scelus, pro pestilentib. & scelerosis hominibus: est q; perustata dictio. Aretinus cum id non recordaretur, insultatum calamitatibus Italicas nullo autore, & magno errore dixit. Sophoclis locus est initio Oedipiregis.

15 Apud Homerum] Alludit ad locum qui est de Circe, Vlysses lib. 12. redeunti ab inferis Vlyssi occurrente: — ἀλλὰ μάλισται οὐδέποτε οὐτιώμενον. Quod expōnit Eustath. επαγγελτερον διπλοτάτα, εἰ πως ἀρέσοι τῷ θεοῖς αὐτοῖς. aut similem aliquem, qui nunc non occurrit.

16 Cydno amne.] In Graeco κύδνον est, pro κύδνον, male quanquam illud Amiotus retinuerit.

17 Et in Mesopotamia.] Ex his quæ deinceps sequuntur,

tur, confecta est posterior pars Parthici libri, qui in amissi  
 (ita enim opinor) locum Appiano Alexandrino est subsar-  
 cinatus, cuius prior pars est ex nostri autoris Crasso decer-  
 pta. Quæ ad Antonium præcipue, non ad rem Parthicam  
 pertinent, omissa sunt in isto centone: cetera ad verbum pro-  
 pè descripta.

18 In numerum affeclarum Antonii.] *Ἐν τοῖς δερ-*  
*τείσται τὸν Αρετίνον περιεργόν τοῦτον*. Aretinus peruerit totum locum, satis alioquin  
 & elegantem & apertum: transtulit q̄, ad alias alia perso-  
<sup>10</sup>nas. Locus Platonis qui paulo post citatur, est in Gorgia.

19 Ipse enim Attia filius fuit. ] *αὐτίς λεγενδην, non*  
*ταῦτα, satis ex iis quæ apud Dionem diximus appareat. Sic q̄,*  
 in Ciceronis vita legitur. Suetonius in Cæsare Iulio cap. 27.  
 Attia Octauiam natam videtur dicere. Ad retinendam (*in-*  
<sup>15</sup> *quit*) Pompeij necessitudinem ac voluntatem, Octauiam  
 sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione  
 ei detulit:

20 Regis Orodis.] *ὑπάδες. Καὶ οὐδὲν αὐτὸν*. Quod secutus est, sed impru-  
 denter, Aretinus: & Amiotus etiam in Crasso *ὑπάδες λεγι-*  
<sup>20</sup> *τούτου* falsum & hoc, op̄ad̄ns enim, Orodes rex Parthorū fuit  
 dictus, quod notissimum est.

21 A Clepsydra aqua.] Fons est in arce Attica, Clepsy-  
 dranomine: sic dictus, quod clepsydra in morem modò amittat  
 aquam, modo recipiat. Impletur enim flantibus Eteis,  
<sup>25</sup> vacuus aquæ est iis cessantibus, exemplo Nili. Hac & plura  
 Schol. Aristoph. *ὑπίστη*.

22 Antonio & Cæsare.] In Greco deest copula *καὶ*: quā  
 tamen & interpres & Appiani codices habet, & sensus re-  
 quirit. Interpres porrò ex Sofio Cæsarium finxit, haud leui  
<sup>30</sup> *historia detrimen*: o. Res gestæ C. Sofij & Canidij sunt apud  
 Dionem lib. 49. Amiotus Socium dixit.

23 Quæ olim Bambyce.] *βαμβύκην* est in textu, & sic  
 interpres legerunt. Sed rectius apud Appianum habe-

tur βαυκάλων, quod secutus sum: cum & strabo lib. 16. & Plin. quinto & vigesimo tertio idem dicunt, quod hic legitur. Vrbes sunt Syriaca.

24 Missis nunciis fidem dedit.] δεξιὰν καὶ τέμναντο.  
δεξιὰν τοῦ. Non male vertit Aretinus. Est enim, misis nunciis fidem amicitia & gratia dare. Sic in vita Alexandri Darius moriens Polystrato, ἀλεξάνδρῳ ταύτην πὺν δεξιὰν δίδωμι διά σα. & Appiani libro 2. ἐμφυλ. δεξιὰν ἔφερε παρὰ τῷ βασιλέως τῷ Πομακῷ. Tale est etiam λαυκάνιν δεξιάν, venia donari, apud nostrum in Cæsare, de L. Domitio: ἀπό § 10 τοῖς ράσαρα, ὡς λαζαρὸν δεξιὰν, αὐθις διεξέστητο τοῖς Πομακοῖς. Annotavi autem propter correctorem istum, qui perinde ac si errasset hic Aretinus, Graeca verba in margine alleuerat, nego, tamen explicarat.

25 Atropatenam.] Male in Graeco ἀτροπατῶν, a-15 pud interpretem Antropatene legitur: recte apud Appianum ἀτροπατῶν. Sic & Stephanus, & Plin. 6. 13 Straboni est ἀτροπάπο μυδια lib. 11. quod & ipsum Stephanus habet.

26 Duce Statiano.] Sic est apud Dionem libro quadragesimo uno, & in Augustano manuscripto Appiani codice σπανῶν, legitur, pro σαπανῶν. Phraata autem, φράσα ex Appiano reposui. pro Phraortis: φράρτη. Et sic etiā infra apud Plutarchum est: ὡδὸν σαν ἀπὸ φραέτων ἡμέρας καὶ imposuit enim libri mendum interpretibus. Apud Dionem legitur τεσσαρα, Praaspas.

27 Aequalibus interiuallis.] Hic locus rectius in Appiani libro legitur, estq[ue] scribendum hic non ταρεξιώντες (quod imposuit Aretino) sed ταρεξιώντες. Στοι pila sunt, non venabula, quibus tum nego, Romani in pugna, nego, Parathivtebantur. Virgula inter ραυγῆν & ἄπιστεψαν τε mere posita, nebulas loco offudit.

28 O decem millia.] Historia hac horum decies mille Graeco-

Grecorum, est apud Xenophontem in libris de expeditione Cyri, & summatum in vita Xenophontis apud Suidam.

29 Interim Titius & Plancus.] nūn & legendum. Dio lib. 50. & pōst Caluſius, ηλεῖται. non ηλεῖται. Sed quæs de recitatione testamenti sunt scripta à Plutarcho, alienismo & ineptissimo sensu Aretinus reddidit. De Caluſio multa Dio.

30 Si Cæſar in toryna confedit.] Locus est, proprio nomine in appellatium detorto. τοφύν instrumentum est, τοφύν.  
10 quo olla ( aut potius qua in illis coquuntur ) agitari solent, nimirum cocleare coquinarium. Patet hoc ex Aristophane in Equitibus, vbi est,  
δοίδυξ ἔδε τοφύν. & in Aribus:  
ἔγρες ἐπιθυμεῖ, οἵ τοφύνς η χύτεα.

15 Sipontinus in suo Cornucopiae tudeculam interpretatur, sed male. Vſus est vocabulo etiam Plato in Hippia maiore: ita ut facile appareat inde, id fuisse quod diximus. Mēminit & Eustathius in Ἀ. Iliadis, attīq̄ (id quod huc facit) παρὰ τὸ τοφό dictum, id est circum iigo. Ergo Cleopatra ex-  
20 tenuat præsentiam Cæſaris, à locinomine petita ioci materia. quod fugit vtrunque interpretem.

31 Cum Arruntio.] Hunc ab Octavio medium aciem tenuisse, apparit ex hoc loco. Paternulus lanum cornu ei comissum dicit.

25 32 Halis sepultum.] Locus est Atticæ, ἀλησι. De quo apud Stephanum.

32 Haud equidē expediet.] οὐκ ἀγαθὸν πολυκαιρέin. Allusio ad Homericū illud nobilissimū dictū, de Iliad. 2.  
οὐκ ἀγαθὸν πολυκαιρέin.

30 — Multos dominos non expedit esse.

34 Cūm verò Marcello.] Remitto te ad typum & ex-  
planationem genealogiae huīus, quam ad finem nostrarum  
in Dionem Annotationum adiecimus.